

P V I S



1 6 0 5



IV.  
55

ELEGIA  
IN NVPTIAS CLARISSIMI VIRI  
eruditione virtuteq; & sapientia præstantis  
JOHANNIS COPI, LL. Doctoris,  
& castissimæ ipsius Sponsæ  
BARBARAE HESSEN,  
Scripta  
A  
MICHAEL HASLOBIO.



cf.

FRANCOFORDIÆ AD  
Oderam.  
Anno LXI.

70

## ABDIAS PRÆTORIVS.

Μοῦσαι ιψή χάριτες, κοῦραι Διός, ἄι ποτε κάδμου:  
τοῦ γάμορέλθοῦσαι καλόρχείσατὲ ἔποε:  
ὅτι, ὃν καλόρφιλορ ἐσὶ, τὸ δὲ ὃν καλόρδυ φίλορ ὅτι:  
τοῦτο ἔποε ἀθανάτωρ ἥλθε μία σομάτωρ.  
ταῦτα πεποίκηντα θολῶρ δινταξίου ἄλλωρ  
θεύγνιδος ἐν μέλεστηρ πιεζίς ἡ μηέπης.  
τοῖς δέσι χρισιαδῶρ χορδές ἔγκλυτος ἄδεται ἵσα  
κῶπε, πεοτε χαῖρωρ διασερ ἔνεσι γάμοις.  
ἄλλα δὲ ιψή ύμνορ πολλόρ διφέρετορ ἄλλορ  
ἄδεται ψητορ τῷ δόπορ ἐυχόμηνος:  
πρῶτα πατήρ, μετέπετα λόγος, ιψή πνεῦμα σὺν διυτίῃ  
συγχαμικόρ τούτωρ τῷ βίορ ἐυλογέης.

ELEGIA  
IN NVPTIAS CLARISSIMI VIRI  
eruditione virtutēq; & sapientia præstantis  
IOHANNIS COPI, LL. Doctoris,  
& castissimæ ipsius Sponsæ  
BARBARAE HESSEN,  
Scripta  
A  
MICHAELE HASLOBIO.

Mane sub Aurorā liquido dum rore madescit  
Messibus & flauis est viduatus, ager.  
Abdita dum pandis pendentibus arbore ramis  
Læta diem varia voce salutat auis,  
Errabam Viader piscoſo gurgite clarus  
Inter arenosam quā fluit amplius humum,  
Et tumidum multis anfractib. incidit æquor,  
Quod regit in falso Baltica Tethys aquis.  
Non locus est illo melior nec pulchrior alter,  
Nostra Lycaoniam quā videt ora feram.  
Vndiq; pubescunt pratorum lumina flores,  
Fronde stat ornatum versicolore solum.  
Deciduæ pandunt sua latâ brachia quercus,  
Multaq; his geniti vinea seruat opes.  
Dulce viatori volucres solamen in æstu,  
Suaue sub arborea fronde queruntur aues.

A 2 Oderā

Odera iucundo iuuat hæc loca pulchra susurro,  
Cum stat odorato cespite pictus ager.  
Cygnus in his campis cecinit feliciter HESSI  
Mulsit & HVTENVS, carmine clarus, aquas.  
Aonas in montes, Cyrrhæ comes ibat in hortos  
Scribere qui suetus culta SABINVS erat.  
Suauiter ABDIAS, fandi doctissimus autor,  
Hic etiam Graia carmina voce canit.  
Quid loquar Aonijs MAIOR EM fontibus ortum,  
Cuius inexhausto flumine vena fluit.  
Qui propior Musis de Lauro digna meretur  
Dona, quod illius tam bene cantat Olor.  
Illi est numeros Viader miratus in vndis,  
Ad Viadri quoties carmina dixit aquas.  
Non ego Musarum sobolem non dico BOCERVUM,  
Qui canit imparibus regia facta modis.  
Quam bene Marchiacis animi pariebat in oris  
Pignora, Varnouij sidus & aura solis.  
Hic quoque facundus Phœbo ridente stupentes  
In sua CODICIVS carmina traxit aquas.  
Hic etiam Perseus SCHOSSE RI præditus alis  
Barbariem toruæ Phorcidos ore fugat.  
Ingenij foetus nosterque COPERNICVS edit  
Ausonijs soluens ora diserta sonis.  
Quis referat cunctos quib: aspirauit Apollo,  
Et quib: Oderides carmina nulla negant:  
Inuidet

Inuidet(ut fatear) nobis antiqua uetus tas.  
Par nec enim Cynthos par nec Pindus erat,  
Ergo loci motus dulcedine, motus & herbis,  
Lumen odorifero germe pasco meum.  
Tristis inoblitus curæ quam concitat hostis  
Floris inexpletus cerno uirentis opes.  
His ego consolor luctus, damnumq; rependo,  
Dum meus in studijs haud bene cessit amor.  
Purpureo tinctos Amaranthos sanguine miror,  
Nomina qui, nunq; quod coma marcat, habet.  
Proximus attentum me reddit Amaracus, horti  
Dū cerebro præstat commoda, suavis honor.  
Flos quoq; Liriopes nati solatur amantem,  
Dum perijt uano captus amore sui.  
Flos miser ò nimium nūc, corpus amabilequōdā,  
Sors, fera sors formæ fulsit iniqua tuæ.  
Non nihil intueror fugientis Solis amicam,  
Vnica cui luctus causa perire fuit.  
Quàm male consuluit nostris sors inuida rebus,  
Quod quis amat toto pectore, rarus habet.  
Quod malè fastidis ultro se præbet amandum,  
Insequitur grauius, quod fugit, omnis amor.  
Phillyrij miror Chironis nomine dictam,  
Dulcèque cui Pæon nomen habere dedit.  
Singula dum cautus uideo, floresq; saluto  
Quos facib: quodam tristib: ussit amor:

A 3

Ecce

Ecce Themis custos obseruantissima recti,  
Et placidæ fautrix pacis amica venit.  
Æqua Themis, libramq; gerens, gladiumq; mina;  
Marchiacos flores ad noua ferta legit. Ccem  
Sancta Fides, veneranda Fides, & Foedera circū,  
Pulchraq; Libertas, Pax quoq; seruat iter.  
Hæ simul insistunt operi, floresq; per agros  
Pollice, cum Domina iusta iubente, legunt.  
Qualiter Idalijs circundata Cypria Nymphis  
Carpit odoratas per sua regna rosas.  
Miror ego vultus, & vestimenta Dearum,  
Quodq; verecundo fulsit ab ore decus.  
Nam color unus erat cunctis, & labra videres,  
Non secus, ac roseo sanguine tincta forent.  
Dum vigiles herbis inhiant, quæruntq; puellæ  
Vnde manu facili texere ferta queant,  
Ex reliquis carpunt flores, quibus omen inhæret,  
Commoda qui thalami legibus apta ferunt.  
Euphrasiā primò nectunt, & Origanon, addunt  
Nomina qui lucis, nomina noctis habet.  
Cura Chamæpytin coniungere, cura chamædryn  
Texere, cui memoris nomen & omen inest.  
Quin etiam miscent absinthia, tollere febres,  
Pellete quæ possunt, sed bene sumpta, sitim.  
Captus honestarum studio gestucq; sororum,  
Germina cur nymphæ nectitis illa, rogo.

Parthes

Parthenion mallem connectere, siue marinī  
Roris odoriferas læta per arua comas.  
Aut Amaranthei circunlita germina rubris  
Crinibus, aut cultus florida ruta tuos.  
Omnia que Brumæ sub tempore, quando perustus  
Conspicitur campus frigore, salua manent.  
Tu quoq; Diua gerens enlem cum lance coruscū  
Pande mihi, generis quæ sit origo tui.  
Nam tua forma fidem nobis facit, esse Dearum  
Te genus, & missas cœlitus esse reor,  
Pectoris ut curas fallatis amantibus herbis  
Prata, canis facibus dum sitit vstus ager.  
Huc etiam Phœbus Musis comitantibus ipsum  
Venit, ad Arctoas limen adeptus aquas.  
Sic ego: sic contrā retulit fidissima custos  
Imperi, iustæ quæ Dea nomen habet.  
Sum Dea, si nescis, faciem quæ cerno Tonantis,  
Illijs & regno colloquijscq; fruor.  
Solis ab occalu dominatrix Solis in ortu  
Nota, rego magnas orbis & vrbis opes.  
Spreta diu, nunc regna Ducū me præside florent,  
Quas volo seruari, legibus vsa meis.  
Sum sata mente Dei, Patris sapientia, rectum  
Quæ probo, quæ iustum, iustior ipsa, colo.  
Cuiq; suum tribuens poenas pro crimine pendo,  
Me Duce pro factis præmia dignus habet.

Incolui

Incolui cœlos cœlis fata, donec in urbes  
Vrbis ego cultrix tendere iussa fui.  
Vocibus uia meis monitisque salubrib: Hellas  
Nobilis ex reliquis nomine pacis erat.  
Vrbis Erichtheæ mihi mœnia docta tulerunt  
Corda, quib: nostri gloria cara fuit.  
Quamlibet osores legum rigidicq; Cyclopes  
Ferre parum leges sustinuere meas.  
Ausonis & tellus nostri studiosa uigebat  
Legibus: huic dulcis cura togata fuit.  
Et licet obstreperent, immania monstra, Tyranni,  
Iusticiæ, diuū sorte, remansit honor.  
Sic colui latas præcinctas mœnib: urbes  
Æqua quibus sancte iura colenda dedi:  
Donec amor scelerum me rustica tecta coegit  
Visere, quæ floret simplicitatis amor.  
Hinc etiam iussus discedere celsa subiui  
Sidera, qua primum progenerata fui.  
Nunc iterum terras inuisens lata saluto  
Mœnia, decretis surgere uisa meis.  
Me duce sœuities multos dominata per annos  
Terga citò uertit, uertere iussa, fugæ.  
Publica res floret me sospite, publica languet  
Res, ubi Iusticiæ forte recessit amor.  
Trado Deiuoces, totum quas spargo per orbem:  
Me sine nulla diu curia salua fuit.

Afficio

Afficio fontes pœnis, Nemesisq; subtortus iudicis  
Spargo, quib; mixtim fanda nefanda placet.  
Tisiphoneq; comas sœuis impexa colubris  
Torquet inextincta turpia corda face.  
Sed tribuo iustis, quæ debeo, præmia dicam  
Quod, mea quem liquit dextera, nemo fuit.  
Muneribus quamvis cultores prosequor omnes,  
Quem tamen hæc tangant munera, rarus eris.  
Fons ego sum legum, leges ego sancio: tanti  
Non adeo multi flumina fontis amant.  
Exulo spreta Ducū generi contempta per vrbes,  
Nec regio nostris legibus villa vacat.  
Ergo malum sequitur, furit inconsulta iuuentus,  
Vrbis & insignes imminuuntur opes.  
Cum mea debebant animis infigere totis  
Iussa, Dei Patris mente profecta mei.  
Arcadiæ sicut spectant ad sidera nautæ  
Virginis, ut monstreret Parrhasis Arctos iter:  
Sic quoq; iusticiæ fuerat par querere vulgus  
Numen, & in vultus lumina ferre meos.  
Sed sequitur tenebras potius pro lumine Solis:  
Tantus in humanis mentibus error inest.  
Nec monitus curat nec foedera, libera fertur  
Gens vaga, committens, quod iuuat omne, scis  
Inuolucris infans tegitur genetricis in alio: Clus.  
Inuolucris saluis saluus & ille manet,

B

Si laces

Si laceres eadem, foetus cum matre dolebit, BIBA  
Forsitan haud istos luminis aura feret. BIBA  
Sit licitum nullis sanctas infringere leges, BIBA  
In quibus est orbis pax, & amica salus. BIBA  
Qui violat leges Furiarum sentiet ictus: BIBA  
At sua cultori præmia rursus erunt.  
Pandimus officiū cum stirpe, docebimus herbas, M  
E quibus, in pratis condita, ferta fero.  
Hæ thalami signant decus: at si nomina nescis,  
Teutonicas voces consule, certus eris.  
Euphrasiām necto caris solamen ocellis:  
Sit requies sponsō sponsa pudica suo.  
Hæc oculos eius recreet, mea gaudia, dicat,  
Sola tibi seruo, gaudia Cope probes.  
Huic iecori gratum sed Origanon addo, quod vī  
Læta suō debet pectora ferre viro. Cxix  
Sit benè sit coniux affecta, sit vna mariti  
Fax, sine qua sponsi viuere nolit amor.  
Addo simul florem de nocte dieq; vocatum,  
Sponsa roget mitem nocte dieq; Deum.  
Hunc velit, hunc optet, solum suspireret in illum:  
Qui sociæ præstet debita, sponsus erit.  
Necto Chamæptytin quod amarū dulce vocamus  
Germen, & hoc curæ signa latentis habet.  
Dulce tori socijs hoc accidet, ut sit amarum  
Quod voluit Diuum gratia, ferre iugum.

Texo

Texo Chamædry tuos exoptatissima flores.  
Sis memor ô animæ sponsa venusta mœsi.  
Sit tibi gratus amor tantum meus optima virgo.  
Blanditijs alijs ne capiâre caue.  
Sis memor ô nostri, non obliuiscere nostri,  
Nos erimus memores tempus in omne tui.  
Quin etiam reliquis absinthia iungimus herbis,  
Sæpe torum morbi sæpe pericla premunt.  
Sed Deus, inspecto vitæ, mala cuncta leuabit:  
Dulcis erit thalamus quamlibet asper erit.  
Explicui flores: Phœbi nunc accipe cultor,  
Cui tribui sposo ferta parata velim.  
Pampineas quando serus vindemitor vuas  
Legerit, Autumnus cum noua musta dabit,  
Copus amans legum Doctor nosterq; Sacerdos  
Instituet pacti publica festatori.  
Nam tacitis condens ingentes ossibus ignes,  
Virginis egregiæ captus amore fuit.  
Quàm male quàm grauiter tegit æstus corde recess  
Non bene suscepitus dissimulatur amor. Cptos?  
Et merito: pulchris decoratam moribus illam  
Quod videt, idcirco flagrat amore magis.  
Dicere si liceat, dicam, genus esse Dearum,  
Tanta sub eximio pectore dona fouet.  
Illa timens Diuum delubra frequentat & aras,  
Ætherei voces & bibit aure Dei.

B 2

Perlegit

Perlegit Isaidæ diuina volumina vatis  
Scripta, salutifero flamine dante lyram.  
Illi excoluit Pallas Tritonia mores,  
Munera sed formæ Cypria Diua tulit.  
Ore sedent Charites, quæ dulcia verba ministrat,  
Ex oculis lucet nil, nisi castus amor.  
Nosse dedit doctas Pallas formosior artes:  
Nouit inaurata pingere stamen acu.  
Quodq; decet Nymphas, percurrit pectine lanā,  
Pingit & artifici germina pulchra manu.  
Aut etiam virides imitatur stamine sylvas,  
Addit & arboreas sedula virgo cornas.  
Aut niuei torquere colo glomeramina fili,  
Tortaq; scit labris illa putare suis.  
Munda, pudicitiae custos, & sedula, parcæ  
Instar apis, curat perficienda domi.  
More Deæ Paphiæ timida testudine stantis  
Non aliena facit, propria virgo facit.  
Partheniūq; velut, quod tingit Hamadryas vndis,  
Floret, & est horti, floris amantis, honor:  
Sic nitet ac fulget plenis iam nubilis annis,  
Nescio quod spirans suauiter ore decus.  
Et veluti Diana suis circundata Nymphis,  
Molliter incedens lumina mittit humi:  
Sic pudibunda solo nitidos deflectit ocellos,  
Pulcher amor iuxta seruat euntis iter.

Huic

Huic decus afflauit Dea formosissima Cypris.  
Par Veneri Venerem vel superare potest.  
Hinc amor est Copo. Quis n. ferus ille quis atrox,  
Tam bene qui cultæ nolit amore frui?  
Crediderim, mihi Fama leuis quod rettulit, illum  
Non semel hanc precibus sollicitasse suis,  
Donaq; formosæ non vna dedisse puellæ  
Cum prece, qua simplex conciliatur amor.  
Pulchra meas si Nympha voles assumere flamas,  
Iuro tibi, totum me fore sponte tuum.  
Addo fidem dictis, hæc & tibi pignora trado,  
Pignora qui trado, cor tibi trado meum.  
Quid faceret virgo. Nec enim valet esse roganti  
Rustica, nec votis corda sinistra gerit.  
Non labor est mites sibi conciliare puellas;  
Sit scelus emeritam fallere velle fidem.  
Molle cor est Nymphis, credunt, ne decipe captā,  
Hæc bonitas aliquo digna fauore fuit.  
Ergo fidem Copi cernens & amabile pectus,  
Sum tuus, aiebat, tu meus ignis eris.  
Iamq; probat rosea tintas lanugine malas,  
Ingenij suavis iam bona pulchra placent.  
Quodque sit ornatus, Schrader o præside, latum  
Ad Viadri flumen, nuper honore nouo.  
At quia me coluit legum non inscius, illi  
Florida texo mea ferta parata manu,

In thalami munus, meliori munere digno,  
Ista sacerdoti porrige dona meo.  
Dic quoq; Iusticiam Copi conatibus æquam,  
Firmaq; pro socio fundere vota toro.  
Ut sobolem gignat, superum quæ nomina laudet,  
Augeat & Patris splendida facta sui.  
Adde toro suaves laturas germina Musas,  
Ludet inaurata carmen Apollo Chely.  
Dixit, & ex nostris oculis secessit in auras  
Diua: fuisse Deam significabat odor.  
Hæc igitur cape serta tibi quæ numina mittunt  
Cope, quod illorum fulgida castra colis.  
Quodq; faues Musis & Apollinis artibus, illis,  
Perpetua quarum gloria prole manet.  
Ergo mihi videor nunc doctum cernere Phœbū,  
Ut canat in laudes carmina culta tuas.  
Non secus Hermione cum duxit Agenore natus  
Artifici tetigit pollice fila lyræ.  
Pegasidesq; procul video properare puellas.  
Et noua non vna germina ferre manu.  
Plectraq; cum Cithara cerno, qua carmina ludat,  
Quæ thalami decorent gaudia læta tui.  
Sicut ubi nupsit Neptuno cærula mater,  
Carmina Pegaseæ præcinuere Dexæ.  
Pulchra placent oculis facileq; merentur amorem.  
Caracq; plus homines, si qua venusta, putant.  
Pulchra

Pulchra Deus fecit, vult pulchra creator amari,  
Pectora nulla Deus, sint nisi pulchra, probat.  
Forma sed haud tantū placeat, sed viuida virtus,  
Qua nihil immensus suauius orbis alit.  
Fons Deus est solus virtutis, diligit illam.  
Qualis & est, tales nos cupit esse Deus.  
Sic cupit agnosci, cupit ut virtute colatur:  
Sint procul à pulchris turpia, crimen habent.  
Sis igitur lætus doctissime Cope, Sacerdos  
Iusticiæ, venit quod tibi pulchra domum.  
Quæ pariter forma, pariter virtute decorum  
Clara pudicitiæ nomine, corpus habet.  
Æmula virtutis precibus quæ numina poscit,  
Et colit ætherea relligione Deum.  
Tu quoq; Spōsa tuo sub pectore cōcipe plausus,  
Quod tibi tam doctum fata dedere virum.  
Illijs ingenium Viader moresq; probauit:  
Hinc studijs legum præmia digna tulit.  
Diīs animas genitas, & candida pectora vatum  
Is quod amat, vatum carmine nomen habet.  
Hunc medijs vltrò complectere Sponsa lacertis,  
Eius ab amplexu ne fuge, mater eris.  
Te faciet numen generosa prole beatam,  
Si thalami coniunx foedera firma coles,  
Si pietas & alumna fides sanctissima coeli,  
Pectore lucebunt tempus in omne tuo.

Sithas



Si thalami socio castum seruabis amorem,  
Qualis in Æoliden Penelopæus erat.  
Qualis erat quondam Pagaseæ coniugis æstus  
Castus, & haud aliqua labe notatus amor.  
Obsequiosa tuo si faueris ipsa marito,  
Cui tua non aliter, quam sua, grata salus.  
Si vaga decuties incendia turpis amoris,  
Absit is à thalamo nil nisi crimen alit.  
Hunc Deus (vt castus Deus est) plus omnib. odit,  
Et grauibus punit turpia facta malis.  
Si pudor ore tuo, si pulcra modestia ludet,  
Si tibi carus erit sobrietatis amor.  
Sed quid ego moneo, vitam que moribus ornat,  
Et nihil in pulchro corpore labis habet.  
Quam pietas & sancta fides, dilectio suavis,  
Quam regit, è roseo qui nitet ore, pudor.  
Hanc igitur medijs complectere Cope lacertis,  
Dum tibi se totam sub tua iura dedit.  
Te cupit ex animis, & te suspirat in vnum,  
Quam cuperes vnam, digna puella fuit.  
Protege mansuetam, quo se defendere possit  
Non habet, imbelli nemo nocere velit.  
Panthoides mandat nuptam ne lædat honestam  
Vir, quia diuina tradita voce fuit,  
Quæ veluti supplex ad sacram sistitur aram;  
Supplicibus passim parcere iura iubent.

Sic

Sis igitur custos Sponsæ, sis mitis in illam;  
Mutuuus officijs est retinendus amor.  
Sic etiam Christo concors Ecclesia Sponso  
Iungitur, ac constans est in amore suo.  
Filius infirmam gestat, placat q̄ parentem,  
Quac̄ potest illam parte iuuare, iuuat.  
Suauiolum figit verbi prædulce labellis,  
Addit & huic donum, flamina sancta, suum.  
Semper adest Sponsæ; tandem cum venerit orbi  
Summa dies, illi gaudia læta dabit.  
Is Deus inceptis faueat mitissimus istis:  
Coniugio iunctis omnibus ille fauet.  
Donet & ambobus dulcissima pignora lecti,  
Ac Pylj præstet secula longa senis.  
Plura locuturus fueram, sed sidere cœlum  
Pingitur, & profert aurea Luna rotas.  
Et Venus ostendit lumen formosius orbis:  
Illa daret donum iam, nisi stella foret.  
Arbitror offerret foecundas illa columbas,  
Quæ rata signa tori connubialis habent.  
Quæ stabilem seruant, inimicæ litis, amorem,  
Ac socij gignunt pignora multa tori.  
Iamq; Medusæas video cum carmine Musas:  
Cui nitidos flores, cui noua dona ferent  
Cerno, torū scandunt, blandis & odorib. implent  
Limina, suffitum mascula thura cident.

C

Vna

Vna puellarum fert germen Adonidōs : addit  
Altera delicias Cypria Diua tuas.  
Artemidos reliquæ florem, dulcemq; Melissam,  
Parthenijque comas & Libanoti tuas.  
Teucrion aspergunt, Amaranthi germina iungūt,  
Cumq; Thymo Myrtos Oebalidenq; ferunt.  
Et Satyris dictos flores & Eryngion addit  
Gens, ab Acidalia quæ sata matre fuit.  
Audio iucundum carmen quoq; carmen, Apollo  
Quod dederat Nymphis ad noua festa suis.  
Nunc noue Spōse veni, thalamū pete, Vesper O  
Cessit, & accēdit Cynthia plena faces. Clymō  
Sponse veni(nosco Diūn genus)aduolat Hymē,  
Vt paribus vinclis pectora vestra liget.  
Viuite concordes thalamus quos occupat vnuſ,  
Proleq; multiplici ditet vtruncq; Deus.  
Sit similis patri natus, sit nata parenti  
Par fidei dono par bonitate, suæ.  
Hoc, quibus aspirant Musæ Phœbusq; precantur  
Hoc ego pro Copi prosperitate rogo.  
Barbara non vlla re barbara, pectora sponsi  
Diligat, at sponsæ pectora sponsus amet.

E I N I S.





7f 4600

ULB Halle  
003 299 04X

3



St.

107





# Farbkarte #13

B.I.G.

